DE

[F]EBRE INTERMITTENTE SYMPTOMATICA.

DISSERTATIO

INAUGURALIS MEDICO-CHIRURGICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS

IN

UNIVERSITATE LITERARIA GRYPHICA

AD SUMMOS

MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES

RITE IMPETRANDOS

DIE XXVII MENS. ~~AUG.~~ Sept. A. MDCCCXXXVI

1836

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

GUILIELMUS RACHEL.

GUESTPHALUS.

OPPONENTIBUS:

DUPRÉ, MED. ET CHIR. DRD.

LUCE, MED. ET CHIR. DRD.

FISCHER, MED. ET CHIR. DRD.

GRYPHIAE,

TYPIS FRID. GUIL. KUNIKE. REG. ACAD. TYPOGR.

PATRI CARISSIMO

IRISTOPHORO RACHEL

AMICO SUO PATERNO

C H L E M M E R

PIO GRATOQUE ANIMO

D. D. D.

AUCTOR.

PROOEMIUM.

linico Bonnenſi, et medico et chirurgico,
us profeſſoribus Naſſe et Wutzer, viris
errimis atque de me optime meritis, ad
ſos morbos, haemorrhagias, exſudationes
s, phlebitiden, phthiſes, accedere obſer-
paroxysmos febriles periodicos, qui ani-
meum ad febres intermittentes, easque
omaticas advertere. Attamen intellexi,
um hac in re ampliorem patere, quam qui
is meis et fini diſſertationis inauguralis con-
et. Quapropter id tantum operam dedi,
ris intermittentis idiopathicae et ſympto-
ae, hujusque ſpecierum variarum differen-
nec non illarum diagnoſin, aetiologiam,
oſin et therapiam breviter exponerem.

Cap. I.

Introductio, Litteratura.

Febris intermittens eſt acceſſio febrilis, q intercedentibus liberis intervallis, typice re titur. Acceſſiones illae paroxysmi vocantur, i tervalla nomen intermiſſionum accepere.

Medici febres intermittentes manifeſta larvatas, benignas et perniciofas, regulares et regulares, ſimplices et complicatas, idiopath et ſymptomaticas diſtinxere.

Febres intermittentes manifeſtae parox mum exhibent, compoſitum ex tribus ſtadi frigoris, caloris, ſudoris, et ex intervallo, bris experte, plerumque apyrexia dicta.

Febres intermittentes larvatae ſub for alterius morbi apparent; vel ſubcontinuae ſu (hemitritaeae alioquin vocatae et ſub larva feb continuae obviae), vel morbos exhibent non briles, ſed typica indole inſignes, ſcilicet cep lalgiam, neuralgiam facialem, apoplexia aſthma, aliosque; qui omnes morbi propter o ginem, decurſum, et medendi rationem nom febris intermittentis accepere.

Febres intermittentes benignae eae ſu quae vitae periculum non afferunt; febres inte mittentes perniciofae vel indole ſua, ſcilicet ne voſa aut putrida, vel paroxysmorum gravita aegrum interficere tendunt.

Febres intermittentes regulares paroxysmo certo ordine revertentes exhibent; irregulariu nec paroxysmi, nec horum ipſa ſtadia, frigu calor, ſudor, certum ordinem ſervant.

Febris intermittens fimplex fola exiftit, ›licata cum altero morbo conjuncta eft, ita ıo morbi, natura inter fe discrepantes, adfint. Febris denique intermittens idiopathica ›um per fe conftituit, fecundaria ex altero ›o aliquo oritur.

Omnes itaque febris intermittentis fpecies ›e decurrunt, earumque proxima cauffa lubio in eodem corporis fyftemate, vel iis- organis quaerenda eft. Sed medicorum fen- ae de illa cauffa tam diverfae funt, ut inde ›at, nos nunquam fortaffe eam omnino certe ituere poffe. Ceteris autem fententiis de ›auffa neglectis, eam, quae mihi verifimil- vifa eft, proponam: „Febres intermit- ex perverfa dynamica actione peculiari gan- um, eorumque effectu noxio in vifcera minalia, praeprimis in organa, quae repro- ioni et nutritioni inferviunt, oritur."

Neque hac ratione quidquam intereft, utrum s fit idiopathica, an fymptomatica; cauffa ima eadem manet, cauffae occafionales di- ›fae funt. Nam miasma, conftitutio quae- endemica, epidemica, annua, digeftionis ›rfitas, peccatis diaetae adducta, animi pa- ata, refrigeria cutis, aliaque, ex quibus, morbo antecedente, febris intermittens athica evadit, cauffae occafionales hujus s funt; fed cauffam occafionalem febris in- ittentis fymptomaticae alterum morbum an- lentem ponere debemus, qui tali modo in na nervorum, reproductioni et nutritioni vientium, fcilicet in ganglia abdominalia ut ex eo febris intermittens oriatur. Obfer- docet, hujusmodi morbos effe phlebitidem,

myclitidem, encephalitidem, ſequelas vulner varias, ſcilicet ulcerationem, nervorum irr tionem et inflammationem, haemorrhagiam miam; dein etiam phthiſes, exſudationes, affectiones hydropicae morbi ſunt, ad quos ha raro acceſſiones febriles typicae accedunt, q non niſi ſymptomata horum morborum ex mari poſſunt.

Si autem hos morbos tam diverſos reſpic illa proxima febrium intermittentium cau affectio ſcilicet gangliorum et reproductio febris noſtrae non unica foret, niſi ex illis mor per conſenſum actio perverſa gangliorum or poſſet. Nam myelitis, encephalitis, hydroc phalus acutus, non tam ganglia, quam cerebru et medullam ſpinalem ſpectant. Scimus ve et videmus quotidie, quam ſaepe perverſae acti nes cerebri et medullae ſpinalis per conſenſu in nervos tranſeant, et vice verſa ex nervis cerebrum et medullam ſpinalam propellantu Idcirco etiam horum organorum affection cauſſam febris noſtrae proximam fieri poſſe cr dibile eſt, etſi pro certo contendere non lice Speramus, fore ut medicorum obſervationes n de hac re accuratius edoceant, interim nob hoc ſufficiat, quod febrem intermittentem ſym ptoma variorum morborum exiſtere novimus.

Num veteres febrem intermittentem ſym ptomaticam tanquam morbum ſui generis cogno verint, non ſatis conſtat; in ſcriptis Hippocratis Celſi, Paracelſi, Donati, Paraei, aliorum, loci qui ad illum referri poſſe videntur, adſunt, ſed tam ambigui, ut propterea certi quid contendere non audeam. Nihilominus illam non minus diu quam febres intermittentes, id eſt inde ab aevo

ni, exſtitiſſe, nemo infitiabitur; ſed prae-
ittendum non eſt, morbum hunc eſſe ſecun-
ım et complicatum, eoque facile accidiſſe, ut
ıctoribus vel omnino non cognitus, vel, etſi
vatus, attamen ſui generis morbus deſcri-
non ſit. Noſtro autem aevo celeberrimi me-
nimum in febrem intermittentem ſympto-
am intendere, obſervationes de illa fre-
ius inſtituere, et in ſyſtemate morborum
ı ei tribuere. Quaecunque autem de illa
ere, tam variis locis diſperſa ſunt, ut alie-
non eſſe putaverim, quae hucusque de illa
ta ſint, pro mea facultate et ſcientia com-
e.

Jacotius[1]) refert: „Febres in ſuppuratione
ıammodo inter putridas et hecticas mediae,
ıe continuae, neque prorſus intermittentes.
e harum febrium ſemitertianae uno die
horrore invadunt, vere intermittentium
e, ſed cum remitti horror videtur et ad in-
ıentum acceſſio pervenire, is iterum corri-
idque eodem die bis aut ter accidit, die
ſequente alteram habent acceſſionem, ſed
re minorem absque reduplicatione horro-
Auctor hic caſus praeterea duos narrat
ppuratione in abdomine, qua ſymptomata
tertianae adducebantur.

Paracelſi verba, quae in febrem noſtram
re videntur, tam peculiaria ſunt, ut ipſa
re velim[2]): Alſo wiſſet auch, daß der Him-
ieber bringet in die Wunden, alſo daß zu den

---

[1]) omment. ad Hipp. coac. praeſag. V. 2. 73 et
. 808 et Sect. 2. 76. p. 871.

[2]) rſtes Buch der großen Wundarzney, Cap. 6.

genannten Stunden das Fieber in den Wunden fahrt, und vollbringet seine Wirkung und Paro mum mit Frost und Hitze, wie die Eigenschaft Fieber sind, des täglichen und dreitäglichen, und Menschen nicht gehet, die Wunde sei denn gehei

Donatus [3]) Judaei cujusdam mentionem cit, qui musculo temporali vulnerato, sept die horrore correptus sit, quem sudor sequere paroxysmi tales ad 45 diem usque rediere, aeger convaluit.

Paraeus [4]) de laesionibus capitis differi que refert, si materies, vel vulnere, vel erys late orta, in cerebro confluat, febrem tertian eo exoriri posse.

Spigelius [5]) contendit, febres symptom cas minime omnes, uti medici adhuc putaver continuas esse, sed intermittentes quoque e stere posse; adeoque putat, omnes febres se tertianas ex chronica inflammatione viscer abdominis oriri.

Verduc [6]) febrem traumaticam, dicit m esse ephemeram, modo putridam, modo int mittentem tertianam, vel tertianam duplicat

Musitanus [7]) refert, febrem traumatic esse ephemeram, affectione animi, aut pecca in diaeta, aut inflammatione, aut suppurati

---

3) Marcellus D.... de med. hist. mirabili. Ve 1588. Cap. 4.
4) Ambr. P. opp. chir. Francf. 1594. 1. IX. cap.
5) Adrian. S. opp. T. 2 Acust. 1642 de semitert Cap. 18.
6) Joh. Bapt. V. chirurgische Schriften. Leipzig 17 p. 303.
7) Carl Musitanus, chirurg. und physical. Schrift III T. Cap. 2. Francf. 1702.

, quae quarto praecipue die gravi calore, frequente incipiat, et vel typo continuo, rtiano decurrat.

3ilguer[8]) commemorat, febrem traumaticum inflammatione vulneris recentis conım, secundum gradum inflammationis, et lum indolem et naturam aegri, majori mi-e frigore, calore et sudore decurrere; si feaec octavum vel nonum diem transgredia-suppuratione vulneris depravata et gana exorta, typum febris continuum in inttentem transire, et colliquationem, diarrı, convulsiones saepe exoriri; in graviorautem vulneribus, praecipue iis, quae fracomminuta, vel amputatione orta sint, feapparere, maxime ab illa differentem, irırem, intermittentem, cujus paroxysmus, re gravi, quadrantem horae ad horam et durante, in calorem et sudorem desinens rat. Hanc febrem vel gastricismo, vel resorptione oriri.

Werlhoff[9]): „Accessus febriles determinata ovilunium die pluries redire vidi in infanvermibus obnoxiis, neque tamen morbus ores intermittentes legitimas pertinuit".

Mianowsky[10]): „Magister gymnasii Vilgravi febre intermittente laboravit, cui is mania successit. Secto cadavere, hyphalus acutus, socia inflammatione chroneningum comparuere."

---

ilguer: Anweisung zur ausübenden Wundarzney-Kunst in Feldlazarethen. Glogau 1763. p. 530.
Verlh. Obs. de febrib. p. 269.
M. Pamietnikow towarzystowa lekarskiego Wilekiego. T. I.

Puccinotti poſt febrem intermittentem basin cerebri et in ſuperiore parte canalis ſpin fluidum ſeroſo-ſanguineum reperit.

P. Frank [11]) refert: „In muſeo path gico R. univerſitatis Ticinenſis oſteoſteat uteri conſervatur, quod in cadavere aegrae tectum fuit, quae febris intermittentis ſin ſymptomata exhibuerat [12]).“

Hoffmann [13]): „Morbum, adſpectum fe intermittentis prae ſe ferentem, ipſa aliqua graviditas induit.“

Joſ. Frank [14]) ſpeciem febris quartana prorumpente dente ultimo molari ortae ſervavit.

Deidier [15]) evolutionem luis venereae c ſymptomatibus febris intermittentis conjunc obſervavit.

Ballonius eandem obſervationem inſtitu

Wedel [16]) febrem noſtram arthritidis et h ſteriae ſymptoma obſervavit.

Vorwaltner [17]) narrat: „Febris, quarto q vis die accedens, ſilensque poſt 120 calculoru bilioſorum evacuationem.“

Ettmüller [18]) febriculam adſpectu interm tentem haud raro ſcorbuti et chloroſeos ſy ptoma fuiſſe refert.

---

11) P. F. opuscul. poſthum. Vindob. 1824. p. 93.
12) Isdem auctor (epit. Tom. IV, p. 213) ad lepram fe brem intermittentem ſymptomaticam accedere vidi
13) H. Synt. ration. T. IV. Sat. I. c. 3. 318.
14) J. F. Praxis med. univ. praecepta. Tom. I, p. 27
15) Deidier de morb. vener. obſ. 4. et Ballonius epid et ephem. LII. Conſt. aeſtiv. a. 1575. p. 86 et 10
16) W. Eph. Nat. Cur. Dec. I, a. 2. obſ. 193.
17) G. M. V. Eph. Nat. Cur. Dec. III, a. 5. 6. obſ. 10
18) E. opp. T. II, p. 2.

Home [19]) commemorat, in anguſtatione
rae, in ſuppuratione veſicae urinariae vel
tae febriles inceſſus, omnibus febrium in-
ttentium ſymptomatibus ſtipatos, praeſer-
igore corpus concutiente, ac largis ſudo-
, pluries obſervatos eſſe.

Joſ. Frank [20]): „Nullo alio in morbo fe-
ecundariae adſpectum febrium intermit-
m legitimarum ſaepius uſurpant, quam in
ſi pulmonali. Diſtinguuntur vero in ge-
ebres ſecundariae, ex ſuppurationibus or-
ebres hecticae) a legitimis intermittentibus
eſentia ſignorum alterius morbi; ex habitu
potius tabifico quam cachectico; ex ſedi-
puriformi, non lateritio urinarum; ex
i vel exaſperato morbo ob adhibitum cor-
cinchonae officinalis; ex abſente forte con-
one annua febribus intermittentibus fa-
; ex typo quotidiano, qui in legitimis in-
tentibus ſat rarus eſt, vel ex acceſſionibus
lis aut veſpertinis."

Heberden [21]): „In febre intermittente ſym-
tica, ait, acceſſiones ſunt longiores, tum
lia tempora horroris, caloris et ſudoris,
tius definiuntur, et in deceſſionibus febris
o intermittit, Verum hectica nunquam
remittit, quin arteriarum motus concite-
ecem minimum ictibus in ſexageſima ho-
rte ſuperans modum naturalem."

Everard H. practical obſervations on the treat-
ent of Strictures in the urethra and the oeſo-
hagus. Lond. 1797 p. 64.
c. p. 276.
I. Commentarii de morborum hiſtoria et cura-
one. 1804. p. 142.

Schmucker[22]) de contusione sincipitis, q
post undecim dies trepanationem exposcebat,
fert. Septimo post operationem die horror g
vis, quem calor et oedema palpebrarum super
rum secutum est, accessit, et speciem febris c
tidianae praebuit; tandem paroxysmi quot
pluries rediere, deliria exstitere, mors undec
post operationem die secuta est; sectio cadav
fracturam et fissuram cranii, inflammation
meningum, et exsudationem serosam in cavit
thoracis ostendit.

van Gescher[23]) putat, febrem traumatica
omnino benignam constitutione epidemica inte
mittentem fieri posse.

Larrey[24]) de febre intermittente pern
ciosa, ad vulnera accedente, mentionem faci
chinamque adhibet.

Rust chirurgis objectat, quod justo saepi
vulnera, amputatione orta, per primam inte
tionem curent, se saepius in ipso adhuc cicat
sationis stadio, febre intermittente turbato ne
vorum systemate orta, vitam periclitatam
tantum servare potuisse, ut vulnus apperiret,
in cicatrice ferro candente inflammationem
suppurationem provocaret.

Walther haecce dicit[25]): „Pluries expert
sum, operationibus chirurgicis gravioribus insti

---

22) S. chirurg. Wahrnehmungen 1. Band. 1774.
23) v. G. Abhandlung von d. Wunden, übers. v. Lö
ler. Leipzig 1796.
24) L. Mem. de chir. militaire et des campagn
tom. III. Paris 1822.
25) W. neue Methode, den Oberschenkel im Hü
gelenk zu amputiren, in Graefes und Walthe
Journal für Chir. VI, 1.

aegros horrore typico quotidiano ſeu ter-
bis vel ter gravius redeunte et per aliquot
durante, correptos obiiſſe."

Graefe[26]) narrat: „contra horrorem fe-
gravem, operationibus chirurgicis ortum,
ıro letalem, chininum ſulphuricum cum
uater bono ſucceſſu adhibebatur; hic hor-
ectio nervoſa exiſtimanda eſt, quae typo
lari febris intermittentis pernicioſae de-
"

oſe[27]) vulnera obſervavit, ad quae exſu-
netaſtatica vel ſeroſa, vel puriformis, in
e thoracis, abdominis, cerebri accedebat,
sque dein ſymptomata febris intermitten-
ebebat.

awrence[28]) tertio die poſt venaeſectionem
ım febrilem cum horrore et calore, paro-
s atypicis redeuntem obſervavit.

lexander[29]) narrat: „quoties venaeſectio-
ominis cujusdam inſtituerit, toties altera
rem tertianam praeſto fuiſſe."

rnot, Duncan[30]) et alii in phlebitide in-
febriles animadvertere, qui ſpeciem febris
ıittentis prae ſe ferebant.

---

r. Graefes Jahresbericht über das clinisch-chir.
ıgenärztliche Inſtitut zu Berlin für 1825.
oſe: Med. chir. transacts publ. by the med. and
ıir. Soc. af London. Vol. XIV, p. 1. 1828. p. 251.
Ied. chir. transact. publ. by the med. and chir.
oc. of London. Vol. XIV, p. 1. 1828. p. 281.
ph. Nat. Cur. Dec. II. A. 4. Append. obſ. 5.
Ied. chir. transact. publ. by the med. and chir.
oc of London. Vol. XV, p. 1. 1829.

Fricke[31]) laeſionibus gravioribus praec capitis febrem intermittentem prodire, eam ex phlebitide oriri putat.

Otth[32]), multique alii, ad vulnera vel contuſiones, fracturas oſſium, amputatas extremitates, febrem intermittentem acceſſiſſe refe...

Lüders[33]) talia refert: „ſicut febres typ... omnes initio plerumque ſubcontinuae eſſe ſo... nec ſtricte typicae, ita etiam in apyrexiis fe... intermittentis traumaticae functiones organo... digeſtionis, ſyſtematis nervorum, aliorumve... ganorum, magis vel minus turbatae reſtant,... raro formam haemitritaei, vel febris interm... tentis referunt; affectio illa febrilis ex laeſi... oritur, atque, licet typica, febris illa trau... tica modificata exiſtimanda eſt; ſiquidem con... tutio epidemica typica, quae annis recentiori... aliis quoque morbis indolem ſuam imper... hanc mutationem adduxit; ſed et ex impreſſi... nervoſa tetani larvati, vel potius metaſchem... tismi tetani traumatici haec forma febris inte... mittentis nobis occurrit; denique omnes feb... ſymptomaticae, typhoſae, hectica, vulneri... ſuppurantibus vel gangrenoſis ortae, formam ... bris intermittentis aſſumere poſſunt."

Moſt[34]) nobis refert, ab anno 1826 febrem intermittentem traumaticam pernicioſam medicis ſaepius occurrere, typum raro quotidianum

---

31) Annalen der chir. Abtheilung des allg. Kranken... in Hamburg. Hamb. 1828. 1. Band.
32) Otth: diſſert. de febre intermittente traumatica.
33) Lüders, über das intermittirende Wundfieber et... Hamburg 1831.
34) Moſt, Encyclopädie der geſammten med. und chi... Praxis. Tom. I. p. 416 et 425.

que tertianum, aut quartanum esse; alte-
el tertium paroxysmum mortem afferre,
m et opium alternantibus dosibus adhi-
ı, vesicatoria ponenda, atque, epider-
emota, in cutem, secundum Lesieuri
um[35]) chininum inspergendum esse.
asse[36]) in stadio exsudationis hydroce-
uti, et in stadio colliquationis phthiseos
losae pulmonum febrem intermittentem,
ebris hecticae tenentem observavit.

rndt[37]) refert, fieri posse, ut febris in-
ens aliorum morborum symptoma accidat;
ı febrem symptomaticam notatu maxime
, cum paroxysmis quinque ad octo quo-
, horrore gravi totius corporis et subinde
t sudore conjunctis, in juvene observasse;
m cadaveris in sinistro cerebri haemi-
puris colluviem ostendisse. Febres in-
ntes symptomaticae, ex morbis organi-
cturae ortas, quoad typum, plerumque
res esse, paroxysmos saepius adeoque
emque die redire; febrem lentam, ad
n inclinantem dein accedere solere.

ends[38]) dicit: „raro aeger febris inter-
s traumaticae paroxysmum quintum su-
onstitutio stationaria epidemia diagnosin
m reddit.“

ries in clinico Bonnensi ipse febrem no-
hthisi, haemorrhagia, hydrocephalo

---

thode endermique, ou emplastro-endermique.
ıvelle biblioth. med. 1826.
e in seinen Vorlesungen über specielle Therapie.
nuscript.)
ndt Fieberlehre. Tom. I, p. 529.
ends Vorlesungen. 2. Band. p. 250.

acuto, myelitide, ortam obſervavi; caſus a
nullos breviter referam.

Mercenarius fractura cruris vulnere c
plicata laborabat. Reſtitutione poſt ſep
hebdomades plane peracta, dolores in cica
graviſſimi acceſſere, et poſtridie paroxy
febris noſtrae aegrum corripuit; ſubſeq
die alter hora prius acceſſit, vires admodu
crevere, delirium muſcitans, horrores lev
ter quaterve eodem die rediere; paroxy
tertius quarto die mortem attulit; ſectio c
veris encephalomalaciam, et fluidi limpidi un
circiter duas in ventriculis cerebri oſtendeba

Puella tredecim annorum dothinenteri
et erethismo cerebri laborabat; nono morbi
ſanguinis magna copia alvo ejecta eſt, et ſym
mata hydrocephali acuti acceſſere; poſtri
tempore matutino, horror graviſſimus cum
more ſpaſtico, extremitates conquaſſante, ho
fere, ſed modo gravior, modo remittens d
bat, quem ſudor largus ſine cutis calore ſec
eſt. Ad veſperam ſubſequentis diei paroxys
alter non minus gravis vitam ademit. Sectio
daveris fluidi ex rubro albidi unicas circiter q
que in ventriculis et ad baſin cerebri, tuber
comiliaria in pulmonibus, malaciam tunicae m
ſae in fundo ventriculi, ulcera ſedecim alia p
alia groſſi magnitudine in inteſtino tenui oſten

D...... ſtudioſus juris in axilla ita vulner
batur, ut arteria axillaris ſcinderetur; ligat
applicata, quadrageſimo ſecundo die poſt vuln
inflictum haemorrhagia recens ex vulnere o
eſt, quae compreſſione ſiſtebatur, ſed per du
ſubſequentes dies et noctes pluries rediit, et
res coſumſit. Ad meridiem tertii diei paroxy

bris noſtrae, proximo die alter ſecutus eſt, ius tertio die mane vitam ademit. Sectio ris vulnus ſphaceloſum in axilla, nervum em et ulnarem ad cubitum usque inflam- , arteriam axillarem obliteratam, ſed pularem ſciſſam oſtendit, ita ut, circulo nis reſtituto, ex illa ſanguifluxum denuo eceſſe fuerit.

Cap. II.

N o ſ o l o g i a.

rimum quod nobis objicitur impedimen- iagnoſeos ſtatuendae eo conſtat, quod fe- termittens ſymptomatica cum altero ali- orbo complicata eſt, atque propter hunc m apyrexia legitima deeſt. Si quis au- hunc apyrexiae legitimae defectum mo- febrem noſtram non eſſe intermittentem am, huic opponerem, apyrexiam, vel intermittentis inſultuum intervallum, haud deeſſe, ſed hocce intervallum id- ere legitimum non eſſe poſſe, quia mor- nultaneus primarius fere continuus ſit, ymptomata in ſtadio febris apyrectico non ant.

ein certum eſt, febrem intermittentem maticam easdem ſpecies referre, quas in intermittente idiopathica obſervamus. egularis illa eſſe poteſt, ſi paroxysmorum ordinem exhibet, et ſub forma febris anae, tertianae, tertianae duplicis et haud artanae apparet. Plerumque noſtra febris

ſecundum obſervationes quotidiana vel terti
cum typo anticipante exſtat.

Neque obſervationes deſunt, quae eam i
gularem exiſtere poſſe, doceant. Medici p
xysmos plures quotidie, neque certo interv
rum ordine redeunte, vel decurſum febris
mitritaeo vel febri ſubcontinuae ſimilem ob
vavere.

Porro febris noſtra modo benigna, m
maligna, vel perniciosa eſt. Hoc vel ex gr
tate, indole, et charactere morbi primarii,
quem febris intermittens ſymptomatica acce
vel ex iisdem conditionibus febris intermitte
ſymptomaticae pendet. Nam morbi prima
vel cauſales febris intermittentis ſymptomati
benigni eſſe poſſunt, ſicut febris traumatica c
tinua, quae, ſi conſtitutione ſtationaria, en
mica, vel annua in febrem intermittentem tra
huic eundem characterem, quem ipſa prae ſe fe
impertitur. Atque experientia docuit, fe
hujus paroxysmos plures ſine graviori, vel v
neris vel virium detrimento, tranſire et anti
brilia in eam multum valere. Attamen illi mo
ex quibus febris noſtra evadit, maligni quoq
eſſe poſſunt, ſicut neuritis, myelitis, enceph
litis, phlebitis, phthiſis, quae dein eode
modo febrem noſtram vel nervoſam, vel put
dam reddunt.

Denique conſtat, febres intermittentes ſym
ptomaticas, quemadmodum idiopathicas, e
conſtitutione endemica, vel epidemica, vel e
miasmate vel ex peculiari earum indole ma
lignas fieri, vel — ſi initio benignae fuerint —
ex iisdem cauſis in malignas converti poſſe.

'ropter hanc febris noſtrae indolem et cha-
:m diverſum medicorum ſententiae de ejus
lo et gravitate diſcrepantes nihilominus
fuere, neque van Geſcher accuſari poteſt,
:am benignam, neque von Graefe et Wal-
uod eam pernicioſam vocent, nec denique
:dici, quod eam regularem, alii irregula-
alii denique quotidianam, tertianam vel
tinuam eſſe putaverint.

ecursus itaque febrium intermittentium
omaticarum decurſu idiopathicarum vulgo
ffert. Attamen decurſus febris intermit-
illius perniciofae, quae ex neuritide, phle-
inanitione, hydrocephalo acuto, phthiſi
e oritur, ſecundum obſervationes medi-
tam peculiaris eſt, ut accuratius eum
ere non alienum exiſtimem.

auſſa occaſionalis febris hujus intermit-
perniciofae, alter ſcilicet morbus, neu-
phlebitis, aliique modo commemorati
ngius breviusve tempus jam conſtabant;
:pente et inopinato, plerumque mane, ad
em, raro ad veſperam, nunquam nocte,
graviſſimus, lectum aegri ſaepe concu-
ritur; extremitates, praecipue inferiores,
conquaſſantur; cutis corporis totius mor-
ar palleſcit; pulſus parvus, durus vel mol-
bilis, irregularis, centum ad centum et
ictus per ſexageſimam horae partem;
graviſſimus, per quadrantem horae ad
nas et ultra, perdurans, remiſſionibus in-
brevibus interruptus; dein, ni mors
am diremit, ſtadium caloris intrat; ſudor
s, profuſus, guttatim cutem frigidam nec
m obtegit; aliquoties ipſe ſudorem in

parte capitis capillis obſita, longè largior quam in ceteris corporis integumentis obſerva pulſus hoc tempore parvus, debilis, celer poſt aliquot horas remiſſio, ſumma virium ſtitutio ſequitur; neque mirum eſt, quod a alterum talem impetum raro ſuperat. Temp apyrexiae plerumque delirium muſſitans, q ſecundum obſervationes nonnullorum med rum delirio trementi ſimile eſt; aeger ſui ſcius, aut non; ceterum ſymptomata alte morbi occaſionalis ſtadio apyrectico retinen

Diagnoſis febris intermittentis ſympto ticae plerumque non ſolum ex ſignis peculi bus ſatis elucet, interdum neceſſe eſt etiam ſas reſpicere, ut de illa febre certiores reddam

Cauſſam proximam affectionem peculiare eſſe gangliorum et organorum reproductionis nutritionis, jam in introductione expoſuim Si febris noſtra ex morbis oritur, qui hoc ga gliorum et reproductionis ſyſtema praepri afficiunt, ſicut phthiſis aliique, nexum cauſ occaſionalis et proximae facile perſpicimus; febrem noſtram ex hydrocephalo acuto, neu tide, myelitide, aliisque productam eſſe obſ vamus, lectores ad conſenſum rejicere debem qui inter cerebrum, medullam ſpinalem et ga glia intercedit, quare hydrocephalus acutus ut que in ganglia ita agere poteſt, ut febris noſt inde oriatur.

Cauſſae occaſionales febris intermitten ſymptomaticae ab illis idiopathicae cauſſis mul tum differunt; hae morbum, ſcilicet febrem in termittentem idiopathicam provocant, illa morbi ipſi ſunt, qui alterum morbum, ſcilicet febrem intermittentem ſymptomaticam excitan

ttamen hoc loco animadvertere debemus, occaſionales febris intermittentis idiopa- ſimul cum cauſſis peculiaribus febris in- :entis ſymptomaticae ad hanc excitandam, indolem ejus et characterem mutandum ɔoſſe; hoc modo febris traumatica con- ɔonſtitutione endemica in febrem inter- tem transit.

ein certum eſt, miasma, aliasque cauſſas nales febris intermittentis idiopathicae, tandum characterem et indolem febris ittentis ſymptomaticae multum valere, ɜ ex benigna haud raro malignam reddere. ɜd ne rem confundas, neceſſe eſt, ut bene lvertas, conſtitutionem endemicam, epi- m, miasma, ad febrem intermittentem hicam provocandam ſufficere; in febre intermittente ſymptomatica illas cauſſas tero morbo promiſcue agere, vel etiam ı morbum ſolum eam febrem provocare; ıoc eo certius conſtat, quo rarius in urbi- ı quibus febres intermittentes idiopathi- ɔiſſime occurrunt, e. g. Juliaci et in Arce ici ad Saram, febres intermittentes ſym- icae obviae ſunt, Bonnae autem, ubi fe- lae idiopathicae raro exiſtunt, ſympto- ɜ haud raro obſervantur.

:aviſſimum adhuc diagnoſeos momentum diſtinctio ſcilicet ſpecierum febris inter- is ſymptomaticae. Optimum mihi vide- cundum cauſſas occaſionales hanc diſtin- ı inſtituere. Nam licet haec non tam ex nae et artis regulis ſit, quam illa, quae :actere et indole morbi derivatur, pro

morbo noſtro tamen ſymptomatico talem diſ-
ctionem aetiologicam maxime convenientem
puto, quia cauſſa occaſionalis, alter ſcilicet m-
bus, pro diagnoſi, prognoſi et ratione mede-
graviſſimi momenti eſt. Quare febris interm-
tentis ſymptomaticae ſpecies hasce propono:

1. Febris intermittens traumatica:
   - a) - - - modifica-
   - b) - - phlebitica,
   - c) - - neuritica, ſeu tetan- ſeu metaſchematismus tetani,
   - d) febris intermittens haemorrhagica, ſ- ex inanitione.
2. Febris intermittens encephalitica,
3. - - myelitica,
4. - - exſudatoria:
   - a) - - hydrocephalica,
   - b) - - hydrothoracica,
   - c) - - aſcitica.
5. - - gravidarum,
6. - - organica:
   - a) - - phthiſica et ulcerato-
   - b) - - oſteoſteotomate orta,
   - c) - - leproſa,
   - d) - - calculoſa,
   - e) - - ex ſtrictura urethrae.

Has ſpecies febris noſtrae obſervationes pr- bavere, quamquam et aliorum morborum ſym- ptoma fieri poſſe veriſimile eſt. Wedel arthri- tidis et hyſteriae, Ettmüller chloroſeos, Deidie- ſyphilidis, Joſ. Frank dentitionis, Werlho- helminthiaſeos ſymptoma febrem intermittente- a ſe obſervatam eſſe contendunt.

De ſingulis ſpeciebus febris intermittentis haec adhuc referre neceſſe eſt.

ris intermittens traumatica, ejusque ſpecies variae.

ebris illa, ut ſupra vidimus, quatuor ſpe- ſcilicet febrem intermittentem traumati- 1odificatam, phlebiticam, neuriticam et rrhagicam exhibet. Hasce diverſas ſpe- 1epius, quam ceteras occurrere, obſerva- docuere.

rimum febrem intermittentem idiopathi- um vulnere complicatam a noſtra febre atica diſtinguere debemus; illa ex ſolitis febrium intermittentium idiopathicarum, t ex miasmate, aliisque ſupra allatis ortum neque, etiamſi inter vulnus et febrem conſenſus exortus ſit, traumatica vocari ; noſtra autem febris ſymptomatica jure atica vocatur, quia ſequelas vulneris cauſ- aſionales habet.

uod ad febris intermittentis traumaticae n primam, ſcilicet traumaticam modifi- pertinet, haec a Lüderſio nomen modifi- ccepit, quia ex febre traumatica continua occaſionalibus febrium intermittentium thicarum in intermittentem transiit, itaque 1odificationem febris traumaticae praebet. ebris, plerumque benigna, ex ipſa con- ne endemica, epidemica, indolem mali- ſcilicet characterem nervoſum vel putri- onnunquam induere poteſt. Quod ſi acci- lnus haud raro gangraenoſum ſit, vitaeque um periculum imminet. Vice verſa autem quoque ob noxias externas gangraenoſum et dein cum febre hunc characterem com- are poteſt. Neque tacere licet, febrem ittentem traumaticam in malignam com-

mutatam, haud raro typum vel ſubcontinu
vel ex toto continuum aſſumere.

Recte itaque febrem traumaticam benig
et malignam diſtinguimus. Huic alteri a
ſpeciei nomen „malignae" potius tribue
quam „pernicioſae", quo nomine omnes ce
febris intermittentis ſymptomaticae ſpecie
ſignarim, ita ut eas hoc modo a febre trauma
maligna diſcernerem.

Tres ceterae ſpecies febris intermitte
traumaticae, ſcilicet phlebitica, neuritica et ha
morrhagica, gangliorum affectionem hab
proximam cauſſam; in febre intermittente ph
bitica affectio vaſorum ad nervos, indeque
ganglia tranſit; in neuritide inflammatione ne
vorum ganglia ſymptomatice irritantur, in ha
morrhagica ex reactione quaſi proceIloſa ſyſt
matis nervorum contra virium labem affec
gangliorum evadit.

Cauſſae occaſionales harum trium ſpec
rum nominibus jam ſignificatae ſunt, phlebi
neuritis, haemorrhagia.

Quaevis ergo ſpecies febris intermitten
traumaticae non ex vulnere ipſo, ſed ex ſeque
variis vulnerum oriri, exiſtimandae ſunt.

Merito autem febrem intermittentem phl
biticam, neuriticam, haemorrhagicam, pernicio
ſas vocamus; nam morbi illarum occaſionale
tantae jam gravitatis ſunt, ut vitae periculum
afferant; paroxyſmi autem illi graves et pecu
liares, quos ſupra deſcripſi, vehementia aegrum
brevi tempore opprimunt.

Decurſus itaque paroxyſmorum, et febri
intermittentis phlebiticae, et neuriticae, et hae
morrhagicae isdem eſt; apyrexiae autem diſte

nam in phlebitica ſymptomata febris in-atoriae vel nervoſae phlebitidis reſtant, in ica apyrexia conditione ſoporoſa vel teta-ıſignis eſt, quare Lüderſius eam tetanum catum, ſeu metaſchematismum tetani vo-n haemorrhagica tempore apyrexiae et et corporis ſummum deliquium, nec raro m in modum delirii trementis adeſt.

ıe hac febre intermittente haemorrhagica notari debet, eam tunc demum exoriri, ıia ſanguinis copia amiſſa, vires labeſcunt. ən monachus Alexander [39]) caſum narrat, ex venae ſectione, quoties illa inſtitueba-ıties altero die praeſto erat febris tertiana. icet itaque in ſpeciebus febris intermitten-ımaticae apyrexiae legitimae deſint, pa-ıi tamen tantae gravitatis ſunt, ut has cum febribus remittentibus commutare ıſſis.

ypus harum febrium traumaticarum di-, in traumatica modificata modo regula-odo irregularis, anticipans, poſtponens, quotidianus, tertianus, tertianus duplex, etiam ſubcontinuus eſt; febres tres trau-e pernicioſae ſecundum obſervationes ple-e typum quotidianum anticipantem exhi-vel etiam pluries quotidie paroxysmi t.

ris intermittens encephalitica et myelitica.

onnulli medici in encephalitide, myeli-ſultus febriles obſervavere, qui indolem ıoſtrae prae ſe ferre videbantur. Quam-

---

ide Cap. I. pars hiſt. pag. 11.

vis propter conſenſum inter cerebrum, medull ſpinalem et ganglia credibile eſt, eas inflamm tiones febrem noſtram gangliorum affectio provocare poſſe, attamen obſervationes de i ſpeciebus ejusmodi ſunt, ut res inde non pl eluceſcat.

3. *Febris intermittens exſudatoria.*

Obſervationes ſaepius docuere, exſudati bus feroſis, puriformibus in cavitate cerebri, thoracis, vel abdominis, paroxysmos, qui cha ctere et indole ſua febrem intermittentem ſy ptomaticam extra omne dubium ponerent, ori eſſe. Tres autem ſpecies, de quibus obſervati nes certae conſtant, propoſui, ſcilicet febre intermittentem hydrocephalicam, hydrothora cicam et aſciticam. Si harum febrium cauſſa proximam reſpicimus, hoc praeprimis anima vertendum eſt: aſcites, hydrothorax plerumque ex morbis organicis viſcerum abdominis vel tho racis, rarius ex inflammatione oriuntur. Gan gliorum affectio autem ex his morbis inevitabil eſt, et febris noſtra inde certe oritur, nam aſcites et hydrothorax, atque eorum morbi occaſionalis pari modo ſyſtemati gangliorum a feſti ſunt. In hydrocephalo acuto originem fe bris intermittentis ex conſenſu inter cerebrum ganglia explicare poſſumus. Cauſſa proxima ha rum ſpecierum febris intermittentis exſudatoriae eadem reſtat, quae in quibuscunque febris inter mittentis ſymptomaticae ſpeciebus valet; cauſſa autem occaſionales illae exſudationes exhibent.

Secundum characterem ſuum et indolem febris noſtra hydrocephalica, hydrothoracica e aſcitica ad pernicioſas pertinent; paroxysmi peculiares et graves, quos in febre intermittent

tica, cetèrisque, eosdem in his quoque
amus.

4. *Febris intermittens gravidarum.*

Ianc ſpeciem propter ſententiam Hoff-
40), qui graviditatem aliquando ſpeciem
intermittentis prae ſe tuliſſe, refert, pro-
dam eſſe putavi. Ceterum de illa nil cer-
nſtat.

5. *Febris intermittens organica.*

1 diverſis morbis chronicis medici febrem
ittentem et quidem ſymptomaticam ob-
ere; organicam eam vocavi, et quinque
ecies, ſcilicet phthiſicam, oſteoſteotomate
, leproſam, calculoſam, et ex ſtrictura
ae provocatam diſtinxi.

i proximam cauſſam omnium febrium in-
tentium et idiopathicarum et ſymptomati-
reſpicimus, febres intermittentes organi-
iis morbis ſtructurae organicae praecipue
atuerimus, qui reproductioni, nutritioni,
gliis maxime infeſti ſunt. Sed phthiſica
a, ceterae febris intermittentis organicae
hoc probare non videntur. Attamen illi
ebris intermittentis leproſae, calculoſae,
eotomate ortae ſinguli tantum exſtant, ne-
tam fidem habent, ut inde certi quid de
morbo colligere liceat.

ecundum obſervationes plerumque in
pulmonali tuberculoſa, interdum etiam
lceratione alius organi, in ſuppuratione
urinariae febris noſtra organica occurrit.
n vero pulmonalem cum in ſanguificatio-
m in reproductionem ſummum detrimen-

ide Cap. I. pars hiſt. pag. 14.

tum inferre, inter omnes conſtat; quare cauſ-
proximam etiam in febre intermittente organ
ejusque ſpeciebus affectionem gangliorum, ca-
ſam occaſionalem phthiſin ipſam eſſe ex-
mamus.

Atque porro febrem noſtram tum dem
ad phthiſin accedere obſervamus, ſi haec terti
ſtadium, ſcilicet colliquativum intravit, fe-
que hectica plerumque anteceſſit; febre aut
hectica antecedente eodem jure, quo Lüder
febrem traumaticam modificatam propoſuit,
febrem hecticam modificatam diſtinguo,
quidem loco illius paroxysmi febris intermi-
tentis ſymptomaticae accedunt.

Ceterum in febre intermittente phthiſica
ter vel tertius paroxysmus mortem plerumque
adducit. Decurſus febris hujus ſymptomata
phthiſeos tertii ſtadii exhibet, paroxysmi febris
intermittentis phthiſicae vehementia ſua exace-
bationes febris hecticae tantopere ſuperant,
eam a febre hectica facile dignoſcas.

Praeterea medici morbum noſtrum ſy-
ptoma graviditatis, oſteoſteotomatis uteri, le-
prae, lithiaſeos hepaticae, ſtricturae urethr-
dentitionis, blennorrhoeae veſicae urinariae, ſy-
philidis, arthritidis, hyſteriae aliorumque mor-
borum obſervavere; attamen illas obſervation-
tam obiter inſtituere, ſaltem deſcripſere, ut cer-
quid inde de febre noſtra derivari non liceat.

Ad illos autem morbos, quos cauſſas occa-
ſionales febris noſtrae perhibuimus, multos ad-
huc, obſervationibus probandos, acceſſuros fore
propterea mihi veriſimile videtur, quia et vaſo-
rum et nervorum graves, et ſingulorum organo-

cerebri medullae ſpinalis, conſenſu cum
is intime conjunctorum, morbi varii eam
cavere.

)e cauſſa proxima in parte introductoria et
dente diagnoſtica ſatis locutus ſum, atque
:riptione ſingularum ſpecierum febris in-
.tentis ſymptomaticae eam cauſſam omni-
ommunem eſſe commemoravi. In eadem
rum deſcriptione rationem, qua febres in-
tentes ex cauſſis occaſionalibus oriuntur,
.um harum cauſarum cum proxima cauſſa
ii.

ıeſtat igitur, ut de cauſis praedisponentibus
m.

ecundum obſervationes hucusque inſtitutas
aetas, infantili excepta, ad hunc morbum
eſt. A puerilibus annis hanc diſpoſitionem
beſſe, obſervatio in puella, cujus ſupra
onem feci[41]), docet. Infantes autem, ad
ımum nervorum et ad convulſiones potiſſi-
nclinantes reſpiciens, eo magis miror, quod
ı de iis obſervationem in ſcriptis medico-
ıvenerim. Attamen infantes convulſioni-
is laborantes haud raro febre intermittente
omatica affectos fuiſſe credibile eſt.

)iſpoſitio ad febrem intermittentem ſym-
ticam in ſexu virili major eſſe videtur,
in muliebri, nam quaecunque ad illam
ıt obſervationes, longe crebrius in viris
ae ſunt; quod quidem, ſi affinitatem na-
nuliebris et infantilis reſpicimus, mirum
lebet.

---

ide Cap. I. pars hiſt. pag. 14.

Variae regiones variam ad morbum noſtr
diſpoſitionem praebere videntur; ſed conſtitu
nem endemicam, epidemicam, in febre no
ſymptomatica tanti momenti non eſſe, inde co
cludam, quod in locis, in quibus febres in
mittentes idiopathicae ſaepiſſime occurrunt,
bres intermittentes ſymptomaticae rarius
viae ſint.

Quamvis experientia ſatis nondum con
quaenam diſpoſitio conſtitutionalis adſit, attam
vulnerabilitatem magnam, erethiſmum ne
rum praevalentem, virium gravem deſtitution
hac ratione prae ceteris reſpiciendam eſſe puto.

Quatenus temperamentum, vitae ratio et al
ſeminia ad hunc morbum praediſpoſitionem cie
poſſint, parum conſtat.

Quo diverſiores morbi cauſales febris inte
mittentis ſymptomaticae ſunt, eo majorem pro
gnoſeos diverſitatem eſſe, neceſſe eſt.

Febris traumatica modificata ſcilicet benig
eandem, quam febres intermittentes idiopathic
benignae, prognoſin praebet; ſed ne vulnus, qu
adeſt, omnino negligamus; nam quo plures p
roxyſmi redeunt, eo majus detrimentum in vu
nus exercebunt, idque malignius factum, vic
verſa febrem malignam reddet; quare loco p
ſanies ſecernitur, gangraena oritur, febris ip
vulneris indolem putridam induit, et re vera pe
niciosa fit; plerumque autem hac ratione typ
febris intermittentis in continuum tranſit. Feb
itaque traumatica modificata bonam prognoſi
praebet, antifebrilia cum ſucceſſu contra illa
adhibentur, paroxyſmi plures ſine detrimen

is transire possunt; sed gangraena, et febre a exorta, prognosis pessima.

ebris autem intermittens traumatica ma-eandem, quam febres intermittentes idio-ie malignae, prognosin exhibet, atque hic oue vulnus respicere debemus, quia in his is, ex constitutione endemica, vel epide-vel miasmatica modo nervosis, modo pu-ndeque periculosis, vulneris periculum ad-a augetur; nam vulnus plerumque brevi re indolis febris particeps fit, morsque vix lis; vulnus et febris ad virium et vitae per-aeque tendunt.

liter porro in febre intermittente sympto-, eaque perniciosa a me vocata, res se habet. ris, variorum equidem morborum, quos demonstravimus, sequela, secundum ob-ones, hucusque factas, semper fere morti-. Attamen animadvertere debemus, mor-rimarium et idiopathicum, ex quo febris matica oritur, vel per se jam letalem esse, te vitae periculum afferre; febrem autem a viribus jam admodum debilitatis, mor-tum accelerare.

imum hoc valet in febribus illis, quas, erum sequelis ortas, phlebiticam, neuri-haemorrhagicam vocavimus; nam phle-ipsius prognosis jam satis dubia est, et fe-tra accedente pessima fit. Idem de febre ttente neuritica seu tetanica judicandum o rarius enim tetanum sanare contingit, eo et citius febris nostra tetanica aegrum in-; neque febris intermittentis haemorrha-prognosis melior existimanda est, quod s dolendum, quia haemorrhagia, etsi vitae

periculum adducens, ſaepe tamen ſiſtitur, aeger que mox plerumque convaleſcit, febre autem noſtra accedente, et medici et aegri optima ſpes ſalutis mox fallitur; virium labes, inanitio producta, paroxysmorum gravitate ad ſummum progreditur.

Non aliter porro de febre noſtra encephalitica, myelitica, neque de exſudatoria, hydrocephalica, hydrothoracica, aſcitica judicari potest; nam prognoſis inflammationum cerebri, medullae ſpinalis, hydrocephali acuti, hydrothoracis quam maxime dubia, paroxysmis febris noſtrae peſſima evadit.

Si hae affectiones hydropicae ex inflammationibus exſtitere, aliquid adhuc ſperare licet; ſi autem ex morbis chronicis organorum internorum, lienis, hepatis, aliorum ortae ſunt, et febris noſtra accedit, nulla fere ſpes ſalutis reſtat.

Febrem intermittentem phthiſicam, ulceratoriam, aliasque organorum internorum deſtructione ortas, letales habendas eſſe, experientia conſtat; phthiſis ad tertium ſtadium progreſſa ſpem ſalutis jam adimit, morsque, accedente febre noſtra acceleratur.

Caput IV.

Therapia.

Si curam therapeuticam febris intermittentis ſymptomaticae generatim reſpicimus, primo aſpectu intelligitur, morbum primarium atque cauſalem, ſcilicet phlebitiden, neuritiden, exſu-

es, phthifin, aliosque, primam curae no-
dicationem praebere. Altera autem indi-
febrem ipfam fcilicet curandi, propter
smos febris graves et perniciofos, eodem,
ima indicatio, tempore exfequenda eft.
ltera itaque indicatio in quibuscunque fe-
ftrae fpeciebus aeque valet, et ad corticis
nae praeparata, qualiscunque morbus pri-
fit, refugere debemus. Quam fimplex
cura febris ipfius, tam diverfa cura mor-
caufalium eft; quapropter id agere debe-
ut cura febris cum cura morbi caufalis,
m fieri poffit, congruat.
pecie febris noftrae traumatica modificata
a excepta, reliquae fpecies omnes propter
s caufales, per fe periculofos, et propter
smos febris ipfius graviffimos prognofin,
mus, tam malam praebent, ut in iis mor-
ui plerumque febrem noftram adducunt,
m antifebrilem prophylacticam, cum cura
primarii apte conjungendam, refugere,
m fortaffe fit. Itaque e. g. phlebitide orta
intermittentem non exfpectem, fed cin-
praeparata cum remediis contra phlebiti-
njungam, et quidem in hoc cafu majore
fecundum Moftii aliorumque fententiam,
ihi quoque verifimillima vifa eft, phlebitis
n inflammatio mera, quam pfeudophlogo-
lyfcrafia fanguinis orta, exiftimanda eft,
on antiphlogofin, fed nervina, tonica, arni-
alerianam, camphoram, chinam poftulat.
nodfi febris noftra acceffit, ut alterum pa-
um prohibeamus, eo magis tendere de-
quo certius mihi perfuafum eft, etfi in
oftra phthifica nullam, attamen in aliis

ſpeciebus, e. g. in febre intermittente phlebi
exſudatoria, haemorrhagica ſpem aliquam
tis reſtare.

Quae medico in therapia febris intermit
tis ſymptomaticae praeterea reſpicienda ſint,
ſingulis ejus ſpeciebus breviter exponam.

1. *Febris intermittens traumatica.*

Febris hujus ſpecies, et decurſu, et prog
quam maxime diverſae, diverſam quoque cu
therapeuticam requirunt. Febris intermit
benigna cum vulnere complicata, ſymptoma
non eſt, neque ratio illi medendi ab illa feb
intermittentis idiopathicae differt. Idem de feb
intermittente maligna cum vulnere complica
valet; attamen de ſententia nonnullorum me
corum, qui febrem intermittentem benign
criticam et ſalutarem exiſtimant, ideoque no
ſtatim, ſed poſt tertium quartumve demum pa
roxysmum chinam adhibendam eſſe putant, a
madverto, in febre illa, cum vulnere com
cata, hoc non licere, quia ex conſenſu inter v
nus et febrem vulnus in pejorem condition
transduci, et putridum, imo gangraenoſum red
poteſt.

In febre traumatica modificata, vere ſy
ptomatica, conſenſus vulneris et febris ab ini
adeſt; plerumque haec febris tali modo oritu
ut febris traumatica continua in intermitten
benignam transeat, quae eandem medendi ratio
nem deſiderat, ac ſi eſſet intermittens primaria;
haud raro autem febris traumatica continua in in
termittentem nervoſam transit, ex qua tetanu
ſic dictus modificatus evadit, de quo infra di
ſeretur.

i febrem autem intermittentem traumati-
a me perniciosam proprie dictam, prae
pro cura therapeutica animum intendere
us, ad ejusque singulas species subsequen-
rem phlebiticam, neuriticam, haemorrha-
lectores benevoles ablego.

2. *Febris intermittens phlebitica.*

ebitis plerumque post venae sectionem[42])
um *Frickii*[43]) sententiam haud raro etiam
ias operationes chirurgicas oritur. Ex
lorum medicorum et mea quoque senten-
ebitis non tam laesione venarum, quam
uis dyscrasia oritur, eaque pseudophlogosis
dynamica virium conditione existimanda
iae methodum antiphlogisticam non per-
Modo dyscrasiae symptomata adsunt,
uloseos, syphilidis, athritidis aliarumque,
desunt, ita ut nec specifica ratione agere
am possimus.
uare *medicis*[44]) in praxi maxime versatis
, qui empiricam medendi rationem par-
nediis alterantibus, emeticis, partim ner-
t tonicis, arnica, valeriana, camphora,
in phlebitide optimam experti sunt. Ideo-
phlebitide primum febris nostrae paro-
m non expectabo, sed, emetico porrecto,
valerianae et decoctum chinae, quorum
ternis cochlear sumatur praescribam, at-
vena inflammata ad superficiem sita est,

de Cap. I. pars hist. pag. 18 et 19.
ide Cap. I. pars hist. pag. 18.
nce et Arnott et Balling, vide Hakers Annalen,
m. XV. H. 4. pag. 431.

epithemata ex aqua oxymuriatica applicare ſi deo; quodſi paroxysmus febris primus jam fuit, chinini ſulphurici grana duo quavis hora ſumenda puto.

In dyscraſiam, etſi cognitam, propter morbi decurſum acutum nil agere licet; ſed ejus cura poſt morbum debellatum inſtituenda eſt.

3. *Febris intermittens neuritica.*

Conditiones variae, ex quibus illa prodit, reſpiciendae ſunt; ſi cicatriſatio vulneris perversa accuſari debet, cicatricem diſcindas, inflammationem novam provoces; ſi nervus aliquis inflammatus eſt, hirudines ponas, veſicantia adhibeas; ſi partes fibroſae inflammatae vel tumoribus tensae ſunt, illas diſſeces; ſi ſecretiones ſuppreſſae, eas vel fonticulo, vel veſicante, vel ferro candente reſtituas; contra febrem eodem tempore remedia, quae experientia optima eſſe docuit, ſcilicet opium cum chinino ſulphurico magnis doſibus adhibeas, opii, chinini $\widehat{aa}$ granum ad grana duo omni bihorio ſumenda; ſi trismus adest, opium et chininum clysmate applicanda et in cutem, emplaſtro veſicatorio ab epidermide denudatam inſpergenda ſunt.

4. *Febris intermittens encephalitica et myelitica.*

Encephalitis et myelitis methodo antiphlogiſtica tractandae, quando febris noſtra has inflammationes comitatur, propter paroxysmos mortiferos antifebrilia requirit, et haud alienum eſſe poteſt, ſimul cum venae ſectione hirudinibus et epithematibus frigidis applicatis, corticem Chinae et chininum porrigere.

.. *Febris intermittens haemorrhagica.*

'rima indicatio hac in ſpecie febris hoc ſpe-
ıt ſanguifluxum ſiſtas, altera ex inanitione
enda eſt, et tertia in febrem ipſam tendit.
ıam itaque vel ligatura, vel compreſſione,
a ratione ſanguifluxum inhibueris, remedia
etam praeſcribas, quae et ſanguinis copiam
utam reſtituere et mixtionem ejus depra-
normalem reddere poſſint; juscula carnis
ıi, decoctum lichenis islandici, tinctura ferri
.ici a medicis prae ceteris laudantur. Eodem
tempore et cinchonae praeparata adhibeas,
vires debilitatas reficiant, et in febrem no-
perniciofam agant. In quavis autem hae-
agia nimia ex vulnere orta chinae uſum
ıtque etiam commendo, quia et roborans
optimum remedium prophylacticum febris
exhibet.

6. *Febris intermittens exſudatoria.*

arias indicationes therapeuticas in febre re-
debemus; primum morbus adeſt, ex quo
tiones illae ortae ſunt, dein exſudatio ipſa,
e febris noſtra. Quare, ſi hydropica affectio
ımmatione prodiit, rationem medendi an-
giſticam inſtituas et remedia, quae reſor-
m augeant; cucurbitulas, veſicatoria, fon-
adhibeas hydrargyrum muriaticum mite,
em praeſcribas, eaque remedia cum chinino
rico conjungas, ſi exſudatum ſymptoma
eſt, punctionem thoracis, abdominis in-

7. *Febris intermittens phthiſica.*

ad ſtadium colliquativum phthiſeos febris
accedit, terra aegro ſit levis.

De cura ceterarum febris noſtrae ſpecier leproſae, calculoſae, aliarumque nil referam, obſervationes de iis hucusque factas nondum ficiant.

Neminem fugit, me febris noſtrae therap tantum adumbraviſſe, regulasque propoſu quas ſequi oportet ad curam morbi cauſalis cura febris conjungendam; de morbis autem cauſalibus ſcripta medicorum affatim tractant cognita repetere nolui.

CURRICULUM VITAE.

uilielmus *Rachel* a patre *Chriſtophoro* et matre e
Bender, Monaſterii, Gueſtphaliae urbe, anno
IX genitus, catholicae confeſſioni addictus, lit-
elementis per ſex annos in gymnaſio patriae
ſtructus, teſtimonioque maturitatis inde dimiſſus,
rſitate Gieſſenſi anno MDCCCXXIX, et ſubſe-
emeſtri civis academicus ſtudiis medicis, et qui-
anicae, phyſiologiae, anatomiae et principorum
hiae naturalis duce *Willbrand*, materiae medi-
irurgiae generalis et ſpecialis duce *Vogt*, patho-
therapiae ſpecialis duce *Balſer*, chemiae duce
phyſicae experimentalis duce *Schmidt* ope-
i.

anno dein MDCCCXXXI ad annum neque
XXXIII in legione pedeſtri XXIX chirurgus
feci.

m dimiſus Bonnae per biennium in ſcholis aca-
therapiam ſpecialem et clinicum medicum duce
inicum chirurgicum duce *Wutzer*, artem obſte-
t theoreticam et practicam duce *Kilian* tractavi.
nique menſe Februario anni MDCCCXXXVI
a rectore magnifico profeſſore *Hornſchuch*
cademicis adſcriptus, apud profeſſorem *Seifert*
num ordinis medicorum nomen profeſſus ſum,
electionibus de medicina forenſi duce *Seifert*,
bſtetricio duce *Berndt* interfui.

tamine itaque philoſophico et medico, nec non
rigoroſo feliciter ſuperato, et diſſertatione the-
defenſis, ſpero, fore ut ſummi medicinae, et
honores in me conferantur.

THESES DEFENDENDAE.

I.

Ferrum candens veſicantibus quibuscunque
ferendum.

II.

Sine ſthetoſcopo morborum organicorum
nulla diagnoſis certa.

III.

Tubercula pulmonum remediis curare non li

IV.

Methodus Carvelae rachitiden curandi o
optima.

V.

Vulnera amputatione orta per ſecundam re
nem curanda ſunt.

VI.

Ad articulorum firmitatem cohaeſio ſuperfici
tantum valet, quantum ligamenta.